UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 12. Qualis debeat esse sensus clausulæ que l'on ne doibt mener aucum hors loy.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

QVÆSTIO VNDECIMA

An iuriſdictio hæc poſſit alia in cauſarum ſpecie à partibus prorogari.

SUMMARIUM.

1. *Prorogatio iuriſdictionis vigintiduumviralis eſt impermiſſa.*
2. *Iudices damnorum de alijs cauſis non cognoſcunt.*
3. *Iudices criminales de civilibus non cognoſcunt.*

RESpondendum non poſſe, Cum enim hi iudices deſignati ſint ut de iudi- 1
cum corruptela violentiiſque cognoſcant non poteſt hæc iuriſdictionis ſpe-
cies ad aliam quæ diverſæ eſt naturæ atque ſpeciei prorogari, *Hippol. de Marſilijs l.*
fin. num. 199. & ſeqq. ff. de iuriſdict. om. iud. Calderin. conſ. 10. de for. comp. ſic reſpon-
ſum eſt iudices deſignatos in cauſis damnorum cognoſcere de cauſis meri mixtive 2
imperii non poſſe, *Angel. lib. 1. col. ult. ff. de iudic.* & cauſarum criminalium iudices 3
falcem ſuam immittere in quæſtiones civiles non poſſe, *l. ſolemnis §. latrunculator* 4
ff. de iudicijs Marſil. d. num. 199. Denique mercatorum iudicibus de cauſis ad merca-
turarum non concernentibus cognoſcere non licere, *Hippol. de Marſil. d. num. 199.*

QVÆSTIO DVODECIMA

Qualis debeat eſſe ſenſus clauſulæ que l'on ne doibt mener aucun hors Loy.

SUMMARIUM.

1. *Clauſula ne mener aucun hors loy intellectus & nu. 7. & 8.*
2. *Factum iudicis eſt factum pactio.*
3. *Debitor iniuriam facit creditori non ſolvendi.*
4. *Iuriſdictio ordinaria nullis circumſcribitur terminis.*
5. *Abſurdum quod eſt evitandum eſt.*
6. *Diſpoſitio omnis interpretanda eſt ne contineat abſurdum.*
8. *Diſpoſitio interpretationem accipit à ſenſu vulgari.*
9. *Origo clauſulæ ne miner aucun hors loy.*
10. *Legis actio penes quem magiſtratum ſit.*

11. Scabini Leodienſes habent legis actionem.

12. Iudex inique iudicans dummodo citra ſordes non ſubiacet huic paci.

13. Iudex non eſt in defectu iuriſdictionis qui aliquid decernit.

14. Elenchi vigintiduum virales.

15. Iudex rite & recte procedens vim non committit.

1 AMphibologia hujus clauſulæ de ne mener perſonne hors loy eſt ſcaturigo
& velut mater errorum qui in illo vigintiduum virum tribunali ſenſum ir-
repſerunt & quotidie ſuccreſcunt.
Etenim qui juriſdictionis iſtius terminis alioquin circumſcriptos ampliare
ſatagunt ij hanc clauſulam hoc ſenſu accipiunt quaſi per eam judicibus aut
2 quod perinde partibus *l.1.C.ſi in cauſa indic pig.captum ſit Gaill. de arreſtis cap.1.*
num.20. prohibitum ſit quippiam quod contra aut præter leges ſit admittere. Qui
ſenſus ſi verus eſſet atque paci vigintiduum virale genuinus juriſdictio iſta nul-
lis eſſet circumſcripta terminis liceretque vigintiduum viris de omnibus ijs ca-
ſibus cognoſcere qui præter aut contra leges & iura ſunt ſicque nulla non actio
fingi poſſet quæ coram iſto tribunali proponi non poſſet. Qui enim debitor eſt
3 injuriam hoc eſt non iure facit non ſolvendo ut & is qui non patitur quempiam
uti re ſua injuriarum obligatur. *l.qui pendente ff. de act. exempti l. iniuriarum §. ſi*
quis prohibeat ff. de iniuriis l. ſicuti § ariſto ff. ſi ſer. vend. Petr. Iacobi in libello condi-
ctionis quæ oritur ex literarum obligatione verb. ſententia, facit enim contra id
quod jure definitum eſt cum creditori ſuo paria non facit ſolutionémve impedit, Qui
4 injuriam verbalem aut realem alteri infert procul dubio contra jura facit, poſ-
ſentque hi & infiniti qui fingi poſſent caſus ſi talis eſſet iſtius clauſulæ ſenſus ſub
incudem & malleum juriſdictionis vigintiduum viralis quæ extraordinaria eſt in
pernitiem iuriſdictionis ordinariæ quæ nullis circumſcribitur terminis revocari
quod foret per abſurdum & conſequenter à juris ſcripti ratione eſt alieniſſimum
ut hic ſenſus capi poſſet. Omne enim quod abſurdum eſt à iure eſt alienum,
5 *l.Pomponius ff.de neg.geſt l.illud §.abſurdum ff de reg.iur.* paxque vigintiduum vira-
lis ut & leges ac ſtatuariæ diſpoſitiones ita interpretandæ ſunt ne contineant ab-
ſurdum. *Hier.Grat.conſ 35.num.22.vol.1.fol.ſ4.conſ.91.num 4 eod. fol.111. l.ſcire o-*
portet §.aliud ff.de excuſat.tut.d.l.Pompon.d.l.illud §. abſurdum late præſes in locū le-
galib.loco ab abſurdo
6 Itaque clauſulæ huius energia vis ac ſenſus eſt nemini licere cum alio agere vel
experiri coram aliquo qui legitime iudex non ſit conſtitutus eſtque etiam num po-
pularis & plebeius loquendi modus qui à priſco illo tempore credo pacis vigin-
tiduum viralis inſtitutæ profluxit.
7 Nous ſommes devant la loy, id eſt nos ſumus coram lege ſeu coram in-
....
dice

dice proindeque cum in omni diſpoſitione ille verborum ſenſus capiendus ſit
qui vulgari & uſitato ſermoni convenit, *lib. in vulgari §. fin ff. de verb. ſig. ubi Al-*
ciat. Bald. Authen. ſed novo iure C. de furtis Stephanus de Fredericus tract. de inter-
pretat. iuris part. 3. num. 68. Non poteſt hujus clauſulæ ſenſus in alium contorqueri
quam ad eos qui negotium alijs faceſcunt coram iis qui publicam judicandi au-
ctoritatem non habent. Nam ut recte Horatius Multa renaſcentur quæ jam ce-
cidere cadentque quæ nunc ſunt in honore vocabula ſi volet uſus quem penes
arbitrium eſt & jus & norma loquendi. Nec certe omnino barbara eſt locutio
hujus clauſulæ ſe ad iudices publicæ conſtitutos deflectentis. Sed quæ elegan- 9
tiam etiam habet & originem ab antiquo Romanorum jure quo penes quoſ- 10
dam magiſtratus dicebat legis eſſe actionem & quibus tria illa verba proferre
licebat Do Dico Addico, *lib. 4. ff. de adopt.* hoc eſt quibus non tantum cognitio
permiſſa erat ſed etiam executio & in bonorum poſſeſſionem immiſſio uti ele-
ganter docet Alciatus, *lib. pecuniæ §. actionis ff. de verb. ſig* qualem hodie magiſtra-
tum velut primarium inter laicos tribunal gerunt ſcabini Leodienſes. Dicun- 11
turque cauſæ adhuc hodie coram eis pendentes coram lege agitari ſeu pendere
ut proinde conſonus ſit ſenſui hujus clauſulæ non modo vulgaris uſus ſed eti-
am qui à peritis atque pragmaticis obſervatur iuxta quorum mentem atque ſen-
ſum diſpoſitiones ſtatuariæ interpretationem ſolent accipere, *lib. labeo ubi Barth. ff.*
de ſup. leg. gloſſ. ad l. apud Iulianum §. ſcio verb. vulgo. ff. de leg. 1. l. ſi dictũ in pr. ff. de e- 12
vict. Steph. de Federicis de interpret. iuris par. 3 nu. 66. Unde ſit ut ſi judices legitime
ſtabiliti iuſtitiam aut nullitatem quampiam committant (dummodo ta-
men citra corruptionis aut concuſſionis ſordes) non poſſe vigintiduum viros
talem quæſtionem ad ſuum tribnnal revocare iudex enim etiam inique aut nul-
liter iudicans non eo minus jus adminiſtrare dicendus eſt quod inique aut nul-
liter judicaverit relatione ſcilicet facta ad id quod fecit quamvis non ad id quod
facere debuit, *tex lib. ius pluribus §. prætor ff de iuſtit & iure.* & uti bene ad propoſi-
tum dicit Petrus Iacobi, *in libello de conſtitutione ex lege, quæ oritur ex litterarum*
obligatione. Judex non poteſt dici eſſe in defectu iuriſdictionis dummodo decer- 13
nat pro vel contra etiamſi forſan inique decernat ius tamen dicit, *l. ius pluribus.*
ita ille.

Pro cujus quæſtionis coronide notandum eſt vigintiduum viros qui ſub hu- 14
jus clauſulæ fuco atque argumento juriſdictionem ſuam in dies ampliant im-
pingere in elenchas quos dialectici vocant æquivocationis atque etiam acci-
dentis, *Petrus Andreas Gammares in dialectica legali lib. 3. cap. 18. & 19.* non ſecus
quam ſi his qui ſequuntur modis argumentarentur. Qui ligat os bovis trituran-
tis, facit contra legem, *cap. cum ſecundum de præbendis*, ruſticus ligat os bovis ergo
ruſticus facit contra legem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Item, Quodcumque eſt alterius non eſt tuum, codex quem emiſti eſt Imperato-ris Iuliani ergo non eſt tuus.

Item nulla fœmina poteſt legem condere teſtamentum eſt lex, ergo fœmina non poteſt teſtamentum condere.

Item. Iſta canis eſt mater, & eſt tua ergo eſt mater tua.

Item. Quicquid emiſti commediſti carnes crudas emiſti ergo carnes crudas commediſti.

Item. Qui facit contra leges pacem vigintiduum viralem violat, debitor qui mihi non ſolvit facit contra leges ergo debitor qui mihi non ſolvit pacem viginti-duum virale violat. Æquivocatio enim eſt in verbo legis quæ quandoque pro lege ſcripta quandoque pro iudice ſumitur.

Item. In accidente legis cujus accidens ſeu qualitas vitioſo elencho convertitur
85 ad ſubſtantiam ſeu perſonam judicis. Concludo itaque judicem rite recteque procedentem violentiæ redargui non poſſe. *cap. conſultationibus ubi Imol. n. 1. Dec. nu. 9. de offic. deleg. pariſ. conſ. 1. n. 165 lib. 1. Farin. dec 139. n. 3. par. 2.*

QVÆSTIO DECIMATERTIA.

Utrum officialis vices ſuas alteri committens impingat in hanc pacem.

SUMMARIUM.

1. *Criminales & matrimoniales cauſæ an inferioribus poßint committi.*
2. *Officialis Leodienſis poteſt committere cauſas criminales & matrimoniales.*
3. *Præſcribi poteſt cognitio cauſarum arduarum.*
4. *Officialis Leodienſis gerit in contentioſis vicem Epiſcopi qui arduas cauſas poteſt inferiori committere.*
5. *Canonicus iuris imperitus non eſt idoneus cauſarum iudex.*

1 IUre ſcripto ut pleriſque placuit criminales matrimonialesque cauſæ ſubdelegari inferioribus Epiſcopo non poſſunt. *Covarruvias var. Reſ. tom. 1. de matrimonio par. 2. cap. 8. §. 12. num. 3. fol. 234.* Idque niſi privilegium conſuetudo præſcriptio aut tempus memoriam omnem hominum excedens id hoc permit-
2 tat id quod uſuvenit in officiali Leodienſi qui poteſtatem habet committendi advocatis ſuæ curiæ non modo cauſas civiles, *l. more l, ſolet l. prætor ff. de iuriſd. om. iud. & tot. tit, C. qui pro ſua iuriſd.* ſed & alias magis arduas quales ſunt criminales & matrimoniales uti liquet ex antiquis curiæ Leodienſis regiſtris in quibus ſententiæ commiſſariorum hujuſmodi cauſarum ſcribuntur. Proinde nihil hic

eſt